

# **Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Homiliae Super Ezechielēm**

**Gregor <I., Papst>**

**[Basel], 1496**

Incipit Omelia. III. que interpretatur primum capitulum ab illa parte. [...]  
Similitudo autem vultus eorum facies hominis et facies leonis

[urn:nbn:de:bsz:31-313454](#)

## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Certi etenim sumus: quia Ipm de quo lo-  
quimur habemus adiutoriū: qui vivit & re-  
gnat cū patre in unitate spiritus sancti de-  
us: per oīa secula seculoꝝ amen.

### Explicit omelia. II.

**I**ncepit Omelia. III. que in-  
terpretat primū capitulū ab il-  
la parte. Quattuor facies vni:  
vslq ad illam partē in eodē capi-  
tulo. Similitudo autē vultus  
eoz facies hoīs & facies leonis.

**S**ed quatuor animalia que  
ap̄phœcie spiritu futura preu-  
dent: subtili naratōe describū-  
tur cum dicitur:

**A** Quattuor facies vni: & quat-  
tuor penne vni.]

Quid per faciē: nisi noticia: & quid per  
pennas: nisi volatus exprimit? Per faciē  
quippe vnuſquisq; cognoscit: per pennā  
vero in altū suū corpora subleuant. Fa-  
cies itaq; ad fidē pertinet: penna ad con-  
templationē. Per fidem nāq; ab om̄ipo-  
tent̄ deo cognoscimur: sicut ipse de suis  
ouibus dicit: Ego sum pastor bonus: & co-  
gnosco oves meas: & cognoscit me mee.  
*Jobis. 10.* Qui rursus ait: Ego scio qd̄  
elegerim. *Jobis. 13.* Per cōtemplationē  
vero: qd̄ sup nosmetipos tollimur: qd̄ in  
aera leuamur. Quattuor ergo facies vni  
sunt: quia si requiras: quid *Matheus* de  
incarnationē dñi sentiat: hoc in mirū sentit  
quod *Marcus*: *Lucas* & *Jobānes*. Si  
queras: quid *Jobānes* sentiat: hoc p̄cul-  
dubio qd̄ *Lucas* *marcus* & *matheus*. Si  
eras: qd̄ *marcus*: hoc qd̄ *matheus* *Jobes* &  
*lucas*. Si queras qd̄ *lucas*: hoc qd̄ *Jobes*  
*matheus* et *marcus* sentit. Quattuor h̄  
facies vni sunt: quia noticia fidel̄ qua co-  
gnoscit a deo: ipa est in vno que est simila-  
lis in quattuor. Quicquid em̄ in vno in-  
uenieris: hoc in omnibus simul quattuor re-  
cte cognoscet. Et quattuor penne vni: qd̄

dei omnipotentis filii dominū nostrū ielb  
xpm simul omnes cōcorditer predicāt: et  
ad diuinitatē eius mētis oculos leuātes  
penna cōtemplatiois volant. Euangelis  
starū ergo facies ad humanitatē dñi per-  
tinet: pēna ad diuinitatē: quia in eo quē  
corporē aspiciunt: quasi facies intendunt.  
Sed dñ hunc esse incr̄cūscriptū: atq; in  
corporē ex diuinitate adnūciant: per cō-  
templatiois pennā quasi in aere leuant.  
Quia itaq; & vna est fides incarnatiōis  
eius in omnibus: & par cōtemplatio diuin-  
itatēs eius in singulis: recte nūc dicēt.  
Quattuor facies vni: & quat-  
tuor penne vni.]

Bed que virtus eset: si fidē atq; cōtem-  
plationē dñi: habegtes p̄dicatores illius  
sancta opera nō haberent. Sequit.

[Et pedes eoz pedes recti.]

Quid per pedes: nisi gressus actuū des-  
signant? Quattuor ergo animaliū pedes  
recti esse describunt: quia sanctoꝝ euāge-  
listarū atq; omnīi perfectoꝝ opera ad fe-  
quendā iniūcitatem nō sunt retorta. H̄ au-  
te pedes rectos non habent: qui ad mala  
mudi que reliquerāt reflectunt. De quis-  
bus scriptū est. *Lanis* reuersus ad suū vo-  
mitū: & sus lota in volutario luti. 2. *De*  
*tri.* 2. Polebat de quibusdā doctor egre-  
gius qd̄ pedū rectitudines retro retrose-  
rāt: qbus per increpatiōē dicebat. Quo-  
modo cōvertimini iterū ad infirma & ega-  
na elemēta: qbus denū seruire vultis  
dies obseruat̄ & tempa & annos: timeo  
vos ne forte sine causa laborauerim in vo-  
bis. *Gal. 4.* Qui altos admonet dicēt:  
Dropter qd̄ remissas manus & soluta ge-  
nua erigite: & gressus rectos facite pedi-  
bus vestris. *Heb. 12.* Ut vero in eisdem  
scis p̄dicatorib⁹ vite grauitas fortitudo  
atq; discretio monstrare: recte subiugis.

[Planta pedis eoz quasi plan-  
ta pedis vituli.]

Quia em̄ p̄dicatores sancti boū noīe  
designant: docet paulus apostolus legis

testimonii exponens. Non obturabis os bouis trituratus. 1. Corin. 9. Deutro. 25. In sanctis ergo predicatoribus plata perdis est virtuti: sc̄z mature incedens: et fortis et diuisa quia unusquisque predicator et veneratione habet in maturitate: et fortitudine in opere: et diuisione vngule in discretione. Non enim facile predicationem ei accipit: si leuis in moribus esse videat. Et nulla erit maturitatis ostensio: si contra aduersa omnia non assuerit operis fortitudo. Virtutis autem meritum ipsa fortitudo operis amitterit: si discretio in intellectu non fuerit. Ecce enim sacram scripturam legimus: si omnia ad litteram sentimus. Virtutem discretiōis amissimus: si omnia ad spiritalem alegoriam ducimus: similiter in discretiōis stulticia ligamur. Legit enim sacra clausa quia predicatores sancti: et aliquando in hystoria litterā suscipiunt: aliquid vero per significacionē litterē spiritū requirunt. Et modo bona facta patrū precedentium sicut luxa litterā inveniuntur imitatiā. Nomo que dā que luxa hystoria imitanda non sunt: spiritualiter intelligunt: et ad prosecutū tendunt. Quid ergo aliud predicatores sancti in suo opere: nisi in pede vngulā sindūt? De quibus adhuc apte subdit.

**(Et scintille quasi aspectus eris canderis.)**

Es merallū valde sonor est: et recte voces predicatorū eri comparant. Quia in omnē terrā exiuit sonus eoz: et in fines orbis terre verba eoꝝ. ps. 18. Bene autem es cādens dicens: quia vita predicatorū sonat et ardet. Ardet enim ardor: sonat, verbo. Es ergo candens: est predicatione accusa. Sed de cādenti ere scintille prodeunt: quia de eoz exhortatiōibus verba flammantia ad aures audientiū procedunt. Ecte autem predicatorū verba scintille appellate sunt: qui eos quos in corde tetigunt: incidunt. Considerandum quoꝝ est et scintille subtile valde et tenues sunt: quia cū predicatores sancti de celesti patria loquuntur: non tantū valent apire ver-

bo quantū possunt ardere desiderio: et ex eoz lingua: quasi quedā ad nos scintille veniunt: quia de celesti patria in eoz voce vix tenue aliquid cognoscit: quod tamen ab eis nō tenuiter cremat. Neq; enim celestem gloriam aut tantū videre sufficit quantum est: aut tantū loqui prevalē: quantum videt. Landens ergo es scintillas p̄scit quādo vix tenuiter predicator loqui sufficit hoc: vnde ipso fortiter ignescit. Di. in aetate pietate agit: ut ex iōis scintillis tenuis simis audiētis animus inflammet. Quis sunt quidā qui duꝝ parua audiunt: maiori desiderio replētur: et inde perfecte in dei amore ardēt: vnde vix tenuissimis verbobz scintillas accepérunt. Verbum quippe predicationis semen in corde audiētis est: et auditor bonus: inde profert postmodū magnā messem sc̄ntie: vnde parū p̄z accepérat sonū lingue. Cui rei bene cōcinit faciū in vidua ab helyseo prophetā miraculū: que ne duos filios auferēte creditorē amitteret: prophetē dictis obediuit: et ex eo qđ parū olei habebat: per vasa vacua effudit: que cūcta post vscq; ad summū repleta sunt: et ex eoz regi leticie mulierē creditoris sui debito est soluta. 4. Regu. 4. Que videlicet mulier quā alliā: nisi sanctā ecclesiā signat: duox populox: id est iudicat et gentilis: quasi duox filioꝝ matrē. Que prius ex peruerso opere per calidi spiritus suastionē: quasi quedā peccati nummū a creditorē accepérat: et duos quos in fide genuit: amittere filios timesbat. Sed prophetē verbis: id est scripture sacre p̄ceptis obediēt: ex paruo quod habebat olei vasa vacua infudit: quia dum ab unius ore doctozia: parū quid de amore diuinitatis multoz vacua mētes audiunt: exuberante grā vnguento diuini amoris visq; ad summū replent. Et iam nūc multoz corda que prius fuerat vacua vascula vngento spiritus plena sunt: que ex paucitate olei solūmodo infusa videbantur. Quod dū alijs atq; alijs dāt: et ab auditōribz fides accipit: sarepta multe vide licet sancta ecclesia sub creditoris sui iam

B

## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

debito non tenetur. Sequitur.

**E**t manus hominis sub pen  
nis eorum in quattuor partes.]

**P**ossunt hoc in loco per quattuor pars  
es regios quatuor partes mundi accipi.  
Ie:z:oriens:occidens:meridies: et septen  
trio:qua: sanctoy predicatio auctore deo  
in cunctis mundi partibus est egressa: posse  
tus etiam per quattuor partes principales  
quatuor virtutes acciperet: ex quibus res  
lique virtutes oruntur: videlicet: prudē  
tiā: fortitudinē: iusticiā: atque temperantia  
quas nimirū virtutes tue veraciter accipi  
mūscī carū ordinē custodimus. Prima  
quippe prudētiā. Secunda fortitudo. Ter  
tia iusticia. Quarta tēpacia est. Quid  
enī potest prudētiā si fortitudo de  
sit? Scire etem cuiquā quod nō potest fa  
cere pena magis est atque virtus. Sed q̄ pau  
cliter intelligit qđ agat: et fortiter agit qđ  
intellekerit: iam pculdubio iustus est: sed  
eius iusticiā temperatia sequi debet. Qz  
plerūq̄ iusticia si modū nō habet: in crū  
delitatē cadit. Ipsa ergo iusticia vere iu  
sticia est: que si temperatia freno modera  
tur: ut in zelo quo quisq̄ feruet: sit etiam  
temperat: ne si plus feruerat: perdat iusti  
ciā: cuius seruare moderamina ignorat.  
Huc aut̄ sunt p̄dicator̄ sanctoy vite acti  
ua sez et cōtemplatina. Sed actiua p̄o est  
tempore atque cōtemplatina: quia ex bono ope  
re tendit ad contemplationē. Contēplati  
ua autē maior est merito atque actiua: qz hec  
in viu p̄sentis operis laboratilla vero fa  
pore intimo venturā iam requie degustat  
Quid itaq; per manū: nūl actiua: et quid  
per pēnas: nūl cōtemplatina vita designa  
tur? Manus ergo homis sub pennis eoz  
est: id est virtus operis sub volatu cōtem  
platōis. Qz uoc hene in euāgeliō due ille  
mulieres designāt: martha sez et maria.  
Martha etem fatigebat circa frequē mī  
nisterii: maria autē sedebat ad pedes vñl  
et audiebat verba eius. Luce. 10. Erat et  
go vna intenta operi: altera autē contem  
platōis. Una actiua seruiebat per exteri,

us ministerii: altera cōtemplatiue per su  
spensionē cordis in verbū. Et quis acti  
ua bona sit: melior ramen est cōtemplati  
ua: quia ista cū moralī vita desiderat illa ve  
ro immortali vita pleniss exerceat. Ans  
de dicit. Maria optima partē elegit: que  
nō auferet ab ea. Idēc. Qz uia igit actiua  
minor est merito atque cōtemplatiua: res  
ete nūc dicit. Manus homis sub pennis  
eoz Nam et si per actiua boni aliquid agi  
mus: ad celeste tamē desideriū per cōtem  
platina volamus. Inde et apud moysen  
actiua seruitus: cōtemplatiua autē libe  
ras vocat. Et cum utraq; vita ex dono sit  
gratia: qđam tamē inter proximos viuimus:  
vna nobis in necessitate est: altera in  
voluntate. Quis enim cognoscēt reū ad  
eius regnū ingredit: nisi bene p̄ius ope  
ret? Qzine cōtemplatiua ergo vita intrare  
possunt ad celestē patriā: q; bona que p̄nt  
operari nō negligunt. Qzine actiua autē in  
trare nō possunt: si negligunt operari que  
possunt. Illa ergo in necessitate hec in vo  
luntate est. Illa in seruitute: illa in libe  
ratis. Hinc est enim quod ad Moysen dicit  
tur: Si emeris seruū hebreū: sex annis ser  
uier tribuz in septimo egredietur liber gratis.  
Cum quālī veste intrauerit: cū tali exeat.  
Si habet uxore: et uxore egrediat: simul  
sū autē derelict illi dñs uxore et peperit si  
llos et filias: mulier et liberi eius erūt do  
mini sui: ip̄e vero exhibit cum vestitu suo.  
Qz si dixerit seruū: diligō dominū meū  
et uxore ac liberos: nō egredietur: offe  
rat eū dñs dijā et applicabit ad hostiū et  
postes: perforabitq; aurē eius subula: et  
erit seruus in seculū. Exod. 21. Paulo la  
tius testimonium dedit: ut disjunctionē  
seruitutis atque libertas: in utraq; vita mō  
stremus. Sed onerosum esse nō debet: si  
hoc exponēdo exequimur: unde ipsa hec  
que diximus affirmemus. Hebreus. enī  
transiens interpretat. Et seruus hebreus  
emīt: quando vnuquisq; qui iā ab hoc se  
culo mēte trahit seruū omnipotens dei  
subdit. Ille etem vere deo seruire appes  
cit: qui ab his seculo mēte transire vides

# Liber I

erit. Sic moyses transiuit ut videret visum  
Sic dauid cum videret impium exaltatum et ele-  
vatum super cedros libavit transiuit: et ecce  
no erat. ps. 36. Quia iniquorum potentias  
est magnus aliquid fortasse credimus: nisi  
ad permanens seculum mente transseamus.  
Seruus vero hebreus emptus sex annis  
seruit precipitata ut in septimo anno li-  
ber exeat gratis. Quid enim per senarium  
numeris numeris actiuem vite perfectio designa-  
tur? Quid per septenarium: nisi cetero empla-  
tiva exprimitur. Sex ergo annis seruit: et se  
primo egreditur liber: qui per actiuam quam  
perfecte exhibuerit: ad contemplatiue vi-  
te libertate transit. Et notandum quod gratis  
liber egreditur: quia hi postquam oratione fecerint  
dicunt se inutiles seruos: eis pauperrimos si-  
c ut ipsa actiuam suam ex munere: ita erit ex  
gratia eius contemplatiua. In qualiter ve-  
ste intraverunt cum tali exeat. Quia omnino  
necessaria est ut vniuersitatem nostram in hoc quod  
incipit perseueret: atque usque ad finem operis  
in ea quam inchoauit: intentione perduraret.  
Ille quippe bene ad contemplatiuam  
transiit: qui in actiuam vita intentio sua ve-  
stis ad deterioriora non mutauerit. Et sunt non  
nulli qui priusquam omnipotentis dei seruitio  
in sancta conuertitione sociantur: iam bona  
operari coepiunt. Sunt vero aliis qui bona  
opera postquam ad seruicium omnipotentis dei  
venerunt dicuntur. Qui ergo operatione bo-  
na et priusquam ad dei seruitium veniret habet  
se studuit: hebreus seruus cum uxore emptus  
est. Et plerumque is qui talis est: potest ad  
contemplatiua vitam transire: et tamen actiuam  
non datur. Unde et illic subdividitur. Si  
habens uxorem et uxoris egrediatur simul. Cu-  
eo est et uxoris ad libertatem egreditur: quoniam  
qui ad contemplationem peruenit: ostiis lo-  
ris actionem boni operis qua possit  
alij non relinquit. Sin autem dominus de-  
cederit illi uxori et pepererit filios et filias:  
mulier et liber eius erit domini sui: ipse vero  
exibit cum velitu suo. Seruus empto domi-  
nus dat uxori cum predicatori: quisque eus  
que uiri omnipotentis dei: mancipauerit  
boni actioni columgit. Nam et predicatori:

# Omelia III

res domini vocantur. Sicut helys leo ppbe-  
te de predicatori suo dicit: Socia quod dominus  
tuus tollas a te? Et xroz vero serui empiricorum  
filios et filias parit: quando bona actio for-  
tes vel teneros fructus generat. Sed mu-  
lier que a domino data est: idem domino cum  
filii remanet: ipse vero seruus exit cum ve-  
stitu suo: quia bona actio vel eiusdem bone  
actio fructus predicatoris mercede re-  
putantur. Ipse vero in desideriis suis intentio  
ne perdurabit: per supernam gratiam ad contem-  
plationem liber egreditur. Quid si viderit ser-  
uus: diligio dominum meum et uxorem ac libe-  
ros: non egredi liber. Seruus domini suum  
diligit: quando predicatoris verba sollicita  
ta mente custodit. Et xroz quoque amans et  
liberos liber egredi recusat: quando actio  
uam vitam eius fructus diligens: transire  
ad contemplatiuam non vult: quia bona se  
opera habere in mysteriis sui seruitute cosi-  
derabat: ad libertatis quietem recusat seces-  
dere. Sed offerat eum dominus dijus: et applic-  
etur ad ostium et postes: et perforet aure eius  
subularum vestit et seruus in seculum. Is enim  
qui in actiuam dispositus vita perdurare a  
dominino dijus offerit: quando a predicatori  
suo antiquorum patrum dictis imbuitur: qui  
nobis in via omnipotentis domini sacerdos-  
tes fuerunt: atque ad ostium et postes taber-  
naculi ducuntur ut de ingressu celestis habita-  
taculi altius aliquid audiat: et tremendi iudicii  
diem subtiliter cognoscatur: ne per bo-  
na opera que facit placere hominibus ap-  
petat. Hicq; auris eius subula perforata  
tur: uero mens illius timoris dei subtilitate  
percuditur: ut verbi acumine tranfixa: per  
omne quod agit nouerit ingressum regnum  
semper attendere: et quasi ab ostio et pos-  
te tabernaculi perforatam aurem portare.  
Qui erit seruus in seculum: ut esse  
post seculum liber possit. In seculo esse  
nim seruus est: qui per actiuam vitam bo-  
minibus seruire dispositus: ut post spes-  
sens seculum ad libertatem veram valeat  
et peruenire. De qua per paulum dicitur  
saula et ipsa creatura liberabilis a servitude  
corruptionis in libertate glorie, filio dei.

B 2

## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

**B**on. 8. Tunc etenim vera in nobis libertas erit: cum ad gloriam filiorum dei adoptione nostra peruenierit. Nuc vero non solum actua vita in seruitute est: sed ipsa quoque contemplatio quia sit nos rapimus: libertatem mentis adhuc perfecte non obtinet: sed similitudine illa que est intima in enigma videatur. Ipsa tamen in qualibet contemplatione angustia activa vita ita valde est latior atque sublimior: que ad quamdam mentis libertatem transire tempalia non cogitans sed eterna. Paula itaque contemplativa vita ad superiora euolat: et actue vite loge superest: quadam (ut ita dicam) dignitate se curitatis sue apte nunc dicit.

**E**t manus hominis sub pennis eorum. Si vero hoc in loco homo redemptor noster accipitur: manus hominis sub pennis eius est: quia nisi dominus homo fieret: quis mentes predicantibus ad celestia subleuasset. Illa qua apparet animalia non volaret. Hec immerito manus hominis esse sub pennis dicitur: quia de eodem redemptore nostro scriptum est. Qui cum sit splendor glorie et figura substatutus eius: portans omnia verbo. Hebrei. 1. Iesus ergo manus corda nostra portat: eius manus in contemplatione nos subleuat: nisi enim ut dictum est: omnipotens verbi propter homines homo fieret: huius magna corda ad contemplandum verbi excellenti non volarent. Inde ergo excelsa facte sunt hominum mentes: unde inter homines apparuit humilis deus. Nicetus ita de sanctis animalibus.

**E**t manus hominis sub pennis eorum.]

**D**e quibus adhuc subditur.

**E**t facies et pennas per quartuor partes habebant: iuncte erant penne eorum alterius ad alterum.]

**P**er quartuor partes: facies et pennas habebant: quia in ceteris mundi regionibus predicantes demonstrant: quicquid de huminitate: qui quod de divinitate nostri redemptoris sentiunt: quia dum incarnatus deus ibi

et predicit: in quatuor mundi partibus scient demonstrant. Hunc enim esse unum cum eis patre et sancto spiritu annunciant: vobis penitentia contemplationis volant. Quorum penne iuncte sunt alterius ad alterum: quia omnis eorum virtus omnibus sapientia qua ceteros homines contemplationis sue volant transcendunt: vicissim in pace sibi atque unanimitate coniunguntur. Unde scriptum est. Que sum sunt sapientie. Iacob. 3. Sapientia primi pudica est: deinde pacifica. Et inde eiusdem suis predicatoribus veritas dicitur: Habete in vobis sal: et pacem in eis vos habete. Marc. 9. Perenna ergo animalium alterius ad alterum iungitur: quia sanctorum predicatorum virtus atque sapientia: vicissim sibi in charitatem atque concordie pace sortiatur. Perenna autem alterius ab altero diuina esset: si in hoc quod vniuersaliter in sapientia euolat: habere pacem cum altero recusaret. Sequitur.

**N**on reuertebantur cum incederent: sed uniusmodi ante faciem suam gradiebantur.]

**P**ennata animalia videlicet predicatorum sancti cum incederent: minime reverenter: quia sic a terrenis actibus ad spiritualia pertinuerunt: ad ea que relinquuntur veteri nullatenus reflectantur. Quasi enim per quandam viam eis incedere est mente ire semper ad meliora. Quo contra de reprobis dicitur. Quia reuersi sunt corde in egyptum. Per semetipsam veritas dicit: Nemo mittens manum suam in aratum: aspiciens retro aptus est regno dei. Luce. 9. Manu quippe in aratum mittere est: quasi per quandam compunctionis vomerem ad profundos fructus terrae sui cordis aperire. Sed retro post aratum aspicit: qui post exordia boni operis ad mala reuertitur: que reliquit. Quod quia electio dei minime contingit: recte nunc per prophetam dicitur:

**N**on reuertebantur cum incederent. Qui cur non reuertantur indicat cum subfugie-

**U**nusmodi ante faciem suam gradiebatur.]

# Liber

## I

Ante nos enim eterna sunt: post nos temporaliaque: quia et illa pergeret inuenimus: et ista recedentes quasi post dorsum reliquimus. Unde et magnū illud pennatum animal dicebat: quod visus ad celi tercij secreta volauerat. Ani vero que retro oblitus in ea que sunt ante extendens me: sequor ad palmā superne vocatōis. *Phil. 3.* In anteriora eterni extensis eoz que retro sunt oblitus fuerat: quia tempalia despiciens: sola que sunt eterna requirerat. Ante faciem ergo suam gradium sancta animalia: quia et ea que reliquerunt: nullo iam appetitu respicunt: et in eternis que appetunt: sub contemplatiōis sue oculos boni operis pedem ponunt. Quisquis itaque iam ante faciem suam ambulare decreuerit: magna ei consideratio pensandū est: quod aliter retrospicet ex opere: atque aliter ex cogitatione. Sunt eterni quidam qui magna deliberantur: et peccatoꝝ cōscientia multa ex his que possident: egensis distribuere pertractant: ut culpas suas ante dei oculos misericordie visceribantur. Redimantur. Nam hec operari inchoantur: et per rēs cū operantur paupertatis timor eorum antīmū concutitur: atque timētes ne egeant erga: egentes tenaces fiunt: sequebantur ea quā cesperat: bona operatiōe suspenduntur. Omnis iniquus incedētes reuersi sunt: quia ante faciem suam ambulare noluerunt. Omnia quos recte per salomonē dicuntur. Dopter frigus piger arare noluit: mēdicabit ergo estate: et non dabit ei. *Prover. 20.* Nullem nūc propter paupertatis atque torporis bene operari negligit: cū sol iustitiae in iudicio: velut in escate claruerit: mēdicabit vitā: sed non accipit: quia ppter illā bona operari tempest. Alius despectis carnis de siderijs cūcta relinqueret: et omnipotēs dei se subdere seruitio pertractat: sequebantur ī pī restringere sub cōstinentia et castitatis freno deliberat: sed cū cecidisse alio etiā post castitatem conficuit: hoc pī facere quod deliberat: pertimescit. Tunc ut retro per cogitationē redeat: quia ad anteriora respiens: iam mētis gressibus addita ibat. De quo bene per salomonem dicuntur. Qui

# Omelia

## III

obseruat ventū non seminat: et qui cōsidērat nubes: nunq̄ metit. *Eccles. 11.* Venti quippe noſe malignū spiritus: qui mentē temptationib⁹ impellit. Nobis vero appellatiōe peccator expimunt: qui temptatiōis impulsione cōmouunt. Qui ergo attendit ventū non seminat: et qui cōsiderat nubes: nunq̄ metit. Quia is qui temptatiōes maligni spiritus metuēs: et iniquorū lapsus cōspiciens: semetipm desperat: neq; nūc exerceat in bono semine opis: neq; post reficis de munere iuste retributiois. Sunt vero nōnulli qui bona quidē que nouerūt operantur: atque hec operantes meliora deliberantur: sed retractantes meliora que deliberantur immutantur: et quidē bona agunt que ceperāt: sed a meliorib⁹ que deliberauerat succibuntur. Ni mīrū ante humana iudicia stare videntur in opere: sed ante omnipotēs dei oculos ceciderunt in deliberautiōe. Unde fit pleriq; ut et bonum opus eoz minus deo placeat: quia cū passione mētis in meliori gradu deliberautiōis inconstanter ponit: hoc ī pī cogitatiōis inconstans accusat. Sed q; perfecti quis: et magna se discretiōis sublimitate: als subtilitate conspicit: ne ad deteriora vñq; vel in opere vel in cogitationē dilabantur: quantū quotidie p̄ficiat incessanter pensant. Ecce de his dicitur.

Non reuertebantur cū incederent: sed vñūquodq; ante faciem suam gradiebatur.

Inter hec igit̄ considerari libet nos: ad ista tractāda qui sumus: vnde venimus: et visus ad sacri eloquij mysteria perscrutanda subleuamur. Terte in antiquis parēti bus nostris cultores idoloꝝ fuimus: sed ecce per spiritū gratie verba iam celestia rimamur. Unde hoc nobis: ī impluit redemptor humani generis quod per prophetā dixit. Et deserta in vberitatē versa aduenire comedet. *Isaie. 5.* Nec quippe prophetarū dicta deserta apud iudeos fuerūt quia per intellectū mysticū ea excolare inquirēdo noluerūt. Nobis autē in vber-

B 3

## Expositio beati Gregorij pape super Ezechielem

Item versa sunt: quia et iuxta hystoriā visio  
nus dicta largiētē deo menti nostre sp̄ti-  
caliter sapiūt: et iam aduene comedimus  
que ciues legis māducare noluerūt. Sit  
gratia vnigenito: sit laus eterne sapientie  
qui viuit et regnat cū parte in unitate spi-  
ritus sancti per os filia seculorum ann̄.

**Explicit omelia. III.**

**I**ncepit Omelia. IIII. que in  
terpretat in primo capitulo ab  
ella parte: Similitudo autē vul-  
tus eorū: vñq; ad illam partem:  
Ubi erat impetus spiritus: il-  
luc gradiebatur.]

**P**er sanctū prophecie spiritū pē-  
nata animalia subtiliter descri-  
bunt: ut per hec euangelistas  
significari personas. Ipse nob̄  
subtilitas descriptiōis aperiat: nihil ser-  
mo dei nostro intellectui dubitatis relin-  
quat. Ecce enim dicit.

**S**imilitudo autē vultus eo-  
rum facies hominis et facies leo-  
nis a dextris ipsorum quattuor.  
Facies autem bouis a sinistris  
ipsorum quattuor. Et facies aqui-  
le desuper ipsis quattuor.]

**A**ndē em quattuor hec pennata aialia san-  
ctos quattuor euāgelistas designant: ipse  
vñiusquisq; liber euāgeliū exordia testā-  
tur. Nam qd ab humana generatiōe cepit  
Iure per hominē Mattheus. Quia per  
clamorē in deserto recte designat per leo-  
nē marcus. Quia a sacrificio exorsus est:  
bene per vitulū lucas. Quia vero a diu-  
nitate verbi espir: dignus per aquilā signi-  
ficiat iobes: qui dicit: In principio erat ver-  
bū: et verbū erat apud dei: et deus erat ver-  
bū. Io. I. Hinc in ipam diuinitatis substā-  
tiā intendit: quasi more aquile oculos in  
solē fixit. Sed quia electi omnes membra  
sunt redēpторis nostri. Ipse autē redē-  
pтор noster caput est omnium electorum: per hoc  
qd mōdra eius figurata sunt mil obstat: si

etiam ī his oib⁹ et ipse signet. Ipse enī un-  
genitus dei filius veraciter facius est ho-  
mo. Ipse in sacrificio nostro redēpторis di-  
gnatus est mori vt vitulus. Ipse per vir-  
tutē sue fortitudinis surrexit vt leo. Leo  
etiam apertis oculis dormire perhibet: qd  
in ipa morte in qua ex humanitate redē-  
pтор noster dormire potuit ex diuinitate  
sua imortalis permanēdo, vigilauit. Ipse  
etiam post resurrectionē sua ascendens ad ce-  
los: in superioribus est eleutus vt aquila.  
Totū ergo simul nobis est: qd et nascen-  
do homo: et moriendo vitulus: et resurgendo  
leo: et ad celos ascendendo aquila factus  
est. Sed quia per hec animalia euāgelistas  
quattuor: et sub eis simul perficiō  
omnes iam superius significari. vñiusq; res-  
titut et quomodo vñiusquisq; electo et istis  
aialis visionibus exprimant ostendamus.  
Omnis electus atq; in via dñi per  
secutor: homo: et vitulus: et leo: simul et  
aquila est. Homo enī ratiōale est animal: vi-  
tulus aut in sacrificio macrari solet. Leo  
vero fortis est bestia sicut scriptū est. Leo  
fortissimus bestiarū ad nullius pauebit  
occursum. Aquila ad sublimia euolat: et  
irreuerberans oculis solis radijs intēdit  
Omnis itaq; qui in ratiōe perfectus est  
homo est: et quoniam semetipm ad hui⁹ mū-  
di voluptate mortificat vitulū. Quia ve-  
ro ipa sua spontanea mortificatiōe contra  
aduersa oia fortitudinē securitatis habet.  
Unde scriptū est. Justus aut̄ quasi leo co-  
fidens absq; terrore erit. Proverb. 28.  
leo est. Quia vero sublimiter contemplat  
ea que celestia atq; terrena sūt: aquila est.  
Igit qd iustus quisq; per rationē homo  
per sacrificiō mortificatiōis sue vitulus  
per fortitudinē securitatis leo. Per co-  
templationē vero efficit aquila. Ecce per  
hec sancta animalia signari: vñiusquisq; perfe-  
ctus potest. Qd lectio dicitur: vt ea que  
de quattuor aialibus dicta sunt: pertinet  
re qd etiam ad perfectos singulos demōstre-  
mus. Sed magna nobis de eiusdē euāge-  
listis et sanctis p̄dicatoribus questio oris.  
Cur homo et leo a dextris ipsis quattuor  
vitulus vero a sinistris ipsis quattuor es-